

**DE VITA, & MORIB.
P. IOANNIS
CARDIM LUSITANI
È SOCIETATE
IESU. LIBER...**

Philippe Alegambe, Pierre
Miotte, Ippolito Marracci



7

6-c

19



7.-6.c.19.

~~V. bl. H. 6. fan~~

0.126.


De vita, & morib:
P. IOANNIS
CARDIM
LVSITANI

è Societate I E S V.


L I B E R.

Authore.

P. PHILIPPO Alegambe
ex eadem Soc. IESV



*Ex
Clementini*



*Patri His
poliothe
Marra*

Romæ, Typis Francisci Caballi. 1645.

Superiorum permissu

S. M. in Camerello 1657

De vita & morib.

P. IOANNIS

CARDINI

EVISITANTI

3. Decembris 1554.

L I B R A

A. 1554.

R. PHILIPPO ALBERTO

ex eadem



Roma Typo. Franc. Roselli, 1554.

Superius



P. Ioannes Cardin Lusitanus Soc
 Iesu obiit Bracharæ .18. Februarii
 Anni .1615. Aetatis Suae anno :30
 Romæ Cum licentia Superiorum

Caroline 2nd



1875

1783-1800

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1111

1875

[Faint handwritten text at the bottom of the page]


1210121

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

Carolus Sangrius
Societatis Iesu
Vicarius Ge-
neralis .

CUm vitam P. Ioannis Car-
dim nostræ Societatis Sa-
cerdotis, à P. Philippo Alegambe
eiusdem Societatis Theologo con-
scriptam, tres nostri Theologi re-
cognouerint, & in lucem edi pos-
se probauerint, facultatem con-
cedimus, vt typis mandetur, si ita
Illustriss. & Reuerendiss. D. Vi-
cesgerenti, ac Reuerendiss. Patri
Magistro S. Palatij A. videbitur,
Dat. Romæ 2. Septemb. 1645.

Carolus Sangrius, &c.



*Imprimatur si Reuerendiss. Mag.
S. P. A. videbitur.*

**A. Sacratuſ Episc. Comacl.
Vicesg.**

Imprimatur.

**Fr. Raymundus Capisuccus
Mag. & Socius Reuerendiss.
P. F. Vincentij Candidi Sac.
Pal. Apost. Mag. Ord. Præd.**

ME ME
ILLVST. & REV. D.
D. IO. MENDES
DE TAVORA,
Sacrosanctae Theologiae
Doctor,
Episcopo Conimbricensis,
Comes Arganilensis,
Electo Archiepiscopo
Vlyssiponensis,
à Consilij Status, &c.


R E S gestas Patris
Ioannis Cardin.
fratris mei, quia
† 3 di-

dignæ videbantur , quæ
transirent ad posteros, ro-
garu meo strinxit in sum-
mam , cum publicis ego
negotijs, Romæ distinerer,
P. Philippus Alegambe no-
stræ Societatis, tanta scri-
bendi arte, vt contractis in
angustum rebus, nihil de-
pereat splendoris , & in
exigua licet tabula , gi-
gantea Ioannis virtus pro-
bè conspiciatur , vt plu-
ribus non scribi prope-
modum fuerit optandum.
Cur ad T E lucubratiun-

culam de Ioanne nostro
mittam, neutri Nostrum
obscurum est, sed neque
T V A amplitudo patitur,
neque mea tenuitas id pa-
lam explicare. T V I ge-
neris, doctrinae, dignita-
tis, ad haec rerum gesta-
rum, concionum, & sa-
crarum lucubrationum,
quae summa sunt omnia,
claritudo, praescribenda
hic foret; sed vel com-
pendio deterere, vel mo-
dum suscepti huius oport-
eret excedere, quorum

alterum ab officio meo,
alterum à modestia tua,
alienum est. Satis nunc
sit tuum TIBI Ioannem
stitisse, quem virtus, &
sanctitatis, opinio dignum
fecit, qui generi tuo cla-
rissimo inseratur.

Antonius Franciscus Cardim.



PROTESTATIO

Auctoris.



V M Sanctissi-
mus D.N. V R-
BANVS Pa-
pa Octauus, die
decimatertia,
Martij anno mil

lesimo sexcentesimo vigesimo
quinto, in Sacra Congrega-
tio.

nione S. Romæ & Vniuersalis
Inquisitionis Decretum edide-
rit, idemque confirmauerit die
quinta Iulij anno millesimo sex-
cētesimo trigesimo quarto, quo
inhibuit imprimi libros homi-
num, qui Sanctitate, seu Mar-
tyrij fama celebres è vita mi-
grauerunt, gesta, miracula, vel
reuelationes, seu quæcunque
beneficia, tanquam eorum
intercessionibus à Deo acce-
pta continentes sine recogni-
tione, atque approbatione
Ordinarij, & quæ hætenus
sine ea impressa sunt, nullo
modo vult censeri approba-
ta. Idem autem Sanctissi-
mus die quinta Iunij 1631.
ita explicauerit, vt nimirum
non

non admittantur Elogia Sancti, vel Beati absolutè, & quæ cadunt super personam, benè tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionem, cum protestatione in principio, quod ijs nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantùm sit penès Auctorem. Huic Decreto, eiusque confirmationi, & declarationi observantia, & reverentia, qua par est, insistero profiteor me haud alio sensu quicquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle quàm quo ea solent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem divina Catholicæ Romanæ Eccle-

clesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

ERRATA CORRIGE.

pag. 5. lin. 11	ascito	accito
pag. 31. lin. 9	nouus	nauus
lin. 11	cõcionatur,	cõcionaturo
	Patris	Patrl
pag. 32. lin. 11	obseruandã,	obseruanda
lin. 15	vis ei	Visei
pag. 44. lin. 7	haberenti	haberent
lin. 8	gratam	gratiam
pag. 80. lin. 15	dic	dic

De Vita, & Moribus

P. IOANNIS

CARDIM

LVSITANI

e Societate IESV.

CAPVT PRIMVM.

Ortus eius, & prima

Institutio.



VRRIS Mon-

corui, municipiū

Transmontanae

ad Septentrionē

Lvsitaniae in,

A

Dioe-

2 Vita P. Io. Cardim

Dioecesi Bracharenſi poſitum,
edidit in lucem Ioannem Car-
dinum, cuius hiftoriã perſtrin-
gere conſilium eſt. Patrem is
habuit Georgium Cardinum,
Fröes Conſultum Iuris, & Re-
gium in ſuprema Luſitaniae
ſupplicatione Senatorem, & in
ea Appellationum Crimi-
naliũ Iudicem: Matrem Dominam
Catharinam de Andrada; utrũ-
que è nobili ſtemmate; vtrum-
que bonis artibus & pietate
praeſtantiſſimam, qui è denis libe-
ris, nouem Deo confecrauerunt.
Quaternos ſuſceperant ordine
ſexus feminei; cum maſculae
prolis deſiderio, fide ſanxe-
runt, poſituros ſe Deo, & San-
cto Ioanni Baptiſtae ſuffraga-
to-

tori Sacellum in Oppido Campi-
 pimaioris , dum eam suscipe-
 rent. Rata voti sanctitas fuit .
 Natus est infans postridie Ca-
 lendas Iunias anni Millesimi
 quingētesimi octogēsimi quin-
 ti, cui nomen Ioanni factum
 est, ob patrocinijs religionem;
 & sacellum ex voto constitu-
 tum . Erat diuinis intentus my-
 sterijs Pater , cum nati sibi filij
 nuncium accepit ; cui vt im-
 prouisam laetitiam Curio , siue
 Aedituus gratularetur , seu stu-
 dio amicitiae , seu diuiniore
 quodam futurae Ioānis sancti-
 moniae praesagio , publicam
 oppido hilaritatem indixit aere
 Campano . A parentibus ad
 pietatem, atque ad omnem vir-

4 Vita P. Io. Cardin

tutis formam, quamprimum
id aetas pueri passa est, educa-
tus, suis moribus, & celeritate
probitatis visus est auctoritate
praefagio adiungere. Adeo
maturè coepit robustae vesti-
gia signare virtutis. Iam tum
ille secessum à turba sectari; se-
uocare animum à rebus fluxis;
facile maiorum imperia capel-
lere; aequalibus exemplo prae-
ire; familiaria domi seruitia fre-
quenter in vnum cogere, & illis
sancti alicuius historiam è co-
dice prius à se peruoluto publi-
cè de superiore loco, sella in-
suggestum conuersa, relegere.
Prorsus aetatem prudentia,
indolem gravitate, moribus in-
stitutionem superabat. Sic ille

Por-

Porti, quo Parens ad Regia obsequia se, ac suos transtulerat, ad annum usque duodecimum adolevit, positus ibidem interea temporis Latinae Grammaticae rudimentis. Eius aetatis cum esset, coepta est tentari morbo nondum satis confirmata ad patientiam ipsius pueritia; supra quam extendente se animi vi, ascito Patri Antonio Vasconcello Rectori Collegii Societatis IESU propinquo & familiari suo grandem se illi cupere dixit thesaurum concedere, semet, atque animam suam; id quod Societate iam tum deuouerit, ubi maturuisset. Simul vires Ioannes recepit, firmavitque, cum

6 Vita P. Io. Cardim

Parentibus Vlyssiponem, quo Patrem Senatoria dignitas vocabatur, migrauit; & idem semper, ac sui similis, frequentare S. Antonij Patrum Societatis I E S V gymnasium, ad imbuendum pericia latinitatis penitus animum, porro instituit.

C A P V T I I.

Vita Conimbricae ducta.

E Lapsis hic annis aliquot, Conimbricam, quo ferè praecclara ingenia ad seueriores capeffendas disciplinas cōueniunt, Ioānes se contulit; & post retracta.

Statam ibi per vnum annum humanioris litteraturae scientiam, sacris Canonibus operam nouennem impendit, tanto suæ diligentiae pretio, vt publicis doctrinae insignibus cohonestatus sit. Verum decora longè praestantiora illum Conimbricae concelebrauerunt: castigatissima morum integritas, domi forisque; pietatis in Deum, charitatis in ceteros mortales singulare studium; corporis afflictatio penè iusto seuerior; perpes sui, ac peruigil observatio; optima demùm, & proposita quodammodo palam ad exemplum vitae norma.

Inuitabant ad licentiam vernans aetatis flos, & formae

8 Vita P. Io. Cardini

dignitas, corporis decora compositio, atque elegantia actionis; ad haec, res domi lauta, & sui ipsius arbitrium, insolentiae copiam faciebant. Sed ille tam sui potens fuit, tanta in impunitate licentiae, vt componeret alios modestia sua; aliorum etiam libertatem vitronea declinatione castigaret. Considerat Vianae Mater eius iam vidua viro; & erant ibi etiam in Coenobio sacrae Deo sororum eius aliquot: per eam occasionē feriatos Autumni dies ibi Ioannes agere consueuerat. Eodem conuenerat aliquando pari studio vnus è condiscipulis, liberalioris genij, quàm Ioanni placeret. Igitur hominem

nem ille deuitare; commerciū,
 alloquium; occursum defūge-
 re. Alter insolentia perculsus,
 vt qui facilitatem Ioannis non
 ignoraret, cur se declinet, cur
 sui sibi copiam deneget, per-
 contatur; cui Ioannes missa dis-
 simulatione, ideò quia tui mo-
 res, inquit, haud parum cum
 Christo, quem profitere, dis-
 sentiunt. Domi non patieba-
 tur per inertiam grassari vitia,
 aut facilitatē suam prauis mo-
 ribus esse obtentui. Exigebat
 à se procul improba seruitia,
 neque alios studebat esse suos
 famulos, quam sui simillimos.
 Fuere Conimbricæ nonnulli,
 qui impatientia lucis, qua eo-
 rum oculos Ioannis modestia,
 per-

perstringebat, fenestras eius profunda nocte lapidum verberatione lacerarunt; sed ipse securus iniuriae, neque doloris indicium dedit, neque morum seueritatem indulgentia molliuit.

Atque, ut erat in Deum religioso studio, quotidie sacrae litationi supplex aderat; sospitalia crebrò mysteria Exhomologeseos, & Synaxeos capiebat; quoties ad populum concio in aede Collegij Societatis habebatur, eam quoque pro sua ipse parte stipabat. Domi sacras historias frequens versare, ac gesta sanctorum, ad quorum se exempla componeret, combiberetque vitae melioris usq;

eupiditatem. Toto verno ieiunio feriabatur à litteris, ac sepositis tantisper Canonū commentarijs, quos ne alijs quidem tractandos per id dierum mutuabat, animum pia asceticorum Codicum lectione saturabat. Prolatam ad aegros Divinam hostiam nunquam, si modo proferri cognosceret, nō prosequēbatur venerabundus.

Erat omnibus, quos inter degebat, stimulo ad probitatem, hortatu, atque exemplis. Fratres natu minores informabat sedulò ad morum honestatem; incitabat ad Sacramentorum frequentandam usurpationem. Doctores, quorum utebatur consuetudine,

at:

12 Vita P. Io. Cardim

atque institutione, per Quadagesimam inuitabat blandè, deducebatque ad aedes Religiosorum, vt ibi Sanctorum in coetu voluntarias sibi plagas inferrent. Vianae amicis, ac familiaribus suis, pia modulationis obtentu, dux, atque author erat itandi Sabbati diebus ad Litaneuticas Deiparae Virginis supplicationes, quae à Sanctimonialibus decantabantur. Moniales ipse sorores suas interuisebat frequens, & pijs allocutionibus accendebat. Vel ipse Ioannis intuitus addebat animos obseruatoribus ad pietatem.

Quanto in alios studio, tanto sui flagrabat odio, seuerus,

atque inclemens, & à se poe-
nas affiduè dirà verberatione
repetebat; vt cum famulos in
columitatis eius cura subiret,
rogarent identidem mitius a-
geret, & corpori, ne se confi-
ceret demum, aliquid indulge-
ret. Prandebat silentio, ac fru-
galiter; per parcè verò, atque
austerè coenitabat. Domi aut
litteris dare operam, aut pre-
cationi; foris aut solus incede-
re, aut multus esse cum Reli-
giosis. Vitabat omnes malie-
rum occurfus, aspectus, allo-
quia. Negabant ipsae familiae
res ancillae, cum domi mater-
nae ageret, potuisse observa-
re se, quales Ioanni essent ocu-
li, cuius coloris. Tanta fuit cu-
ra,

14 Vita P.Io.Cardim

ra, tamque attenta semper fuit. Conimbricæ forem diuersorij sui ante noctis crepusculum obditam, non prius mane reserabat, quam benè luxisset. Numquam versari, nisi cum optimis, probatissimisque; nunquam obrectare cuiquam; ne dum detraheret alienæ famæ; nunquam loqui non castigatissime. Sic Ioannes in studijs Conimbricæ; sic Vianæ vixit per ferias.

Aiunt hic illum vaticino affatum spiritu, arcana quorundam consilia, ne alteri eorum, qui seducebatur, noxæ forent, retexisse, atque euertisse. Rodericus Acunha, tum conubernalis Collegij Sancti Pauli,

li, postea clarae virtutis Antistes, trahebatur propemodum inuitus à quopiam ad malesani alicuius facinoris communio-
nem. Diù nequidquam ob-
nisus, eatenus demum cessit,
vt exeundi postulaturum se
veniam à Rectore sponderet.
Praeuertit ineptae deliberatio-
nis exercendae copiam Ioan-
nes, & Rectorem admonct,
Roderico, quam petiturus mox
facultatem esset, vt neget; pra-
ua illum alterius, quo nolit,
consuetudine trahi. Rodericum
Rector venientem acerbius ac-
cipit, & cum repulsa abs se di-
mittit. Tum verò diuina Ro-
dericus venerari consilia, qui-
bus à flagitiosi hominis impor-
tu-

tunitate, quam excutere ne-
 quiuerat, negata praeter mo-
 rem, praeter expectationem,
 licentia, vindicatus esset; cum
 non potuisset in designatae cō-
 spirationis conscientiam Rec-
 tor vlla mortalium significatio-
 ne venisse, in cuius societa-
 tem nullus abs se fuisset
 admittus. Alia id ge-
 nus, quae suppe-
 tunt, quia hu-
 ius instituti
 non sunt,
 vltro o-
 mit-
 to.

C A P V T I I I.

Vocatio ad Societatem

I E S V.

Sunt in celebrioribus per Hispaniam Academijs publica Scholasticorum Collegia, censu locuplete fundata. Singula suus distinguit color in taenijs, quas decussatas ante pectus, proiectasque utrimque in humeros pedum, tenus à tergo promittunt; ipsi Becas appellant. Sunt eae publica doctrinae ornamenta, quae petitoribus post concertationem decernuntur. Contribernalium omnium suffraga-

B

tio.


tione. Conimbricæ Regium
 Sancti Pauli contubernium est,
 & sua per se luce clarum, &
 honestatibus nobile, quæ se-
 qui Collegas solent, ad Sena-
 tum inde Regium passim ad-
 scitos. Ioannes, quanquam
 ambitione procul animum ha-
 bebat, & quas inde similitudines
 inter quosdam suffragatorum
 exituras, incertum an diuini-
 tus, prænouerat, auersaretur,
 ac deuitare percuperet; fami-
 liarium hortamentis induci ta-
 men se fuit, ut locum eo in
 Collegio, doctrina fretus, am-
 baret. Laudis ipse quidem
 haud expers fuit; sed compe-
 titor institam occupauit. Re-
 pulsa nonnihil percussus, ani-
 mum

num coepit vehementius à rebus fluxis ad spes meliores intendere, & pristina Societatis ineundae consilia reuocare. Ea Vianae mox aucta cum adoleuissent, Vlyssipone ematurgere. Res ita gesta est.

Autumnali scholarum iustitio agebat Vianae Ioannes consueta otia, nono huius seculi anno; cum grauis eum corporis dolor incessit, & oppressum horas ipsas vicens quaternas expertem sermonis, ac sensus continuit. Vbi reuenit ad se, vocatum se fuisse narrat in ius, & obstrictum vadimonio, deliberasse remisso rebus humanis nuncio studere deinceps perennaturis, in aliqua quidem,

sed incertum animi adhuc in-
 quam illa, familiarum Reli-
 giosarum. Inde confirmatis,
 quoad sat erat, viribus, Vlyssi-
 ponem tetendit, voti ad ae-
 dem Deiparae Virginis à Luce,
 quae abest ab ea Vrbe millia-
 rio, reus. Ibi sua admissa con-
 fessus Religioso è Christi Ordine,
 qui aedem illam procurant,
 secundum epuli diuini usum,
 moneri se clare, disertèque,
 sed nescio quo, interno sensit
 affatu, vt ad Societatem I E-
 S V se adiungeret. Ipse, vt
 pignus obsequij daret affanti,
 perpetuae se castimoniae sacra-
 mento, coram Deipara, ante
 digrediendum obstrinxit. Tum
 P. Antonio Vasconcello, qui
 Vlyf-

Lyssipone erat, demum adesse
tempus ait, quo Porti promissum olim illi thesaurum iam reddat, & Societatis incundae deliberatum, firmumque consilium explicat. Ille tergiuersari, & causas cunctandi necesse re; matrem aetate, valetudine, viduitate, multa prole ac minuta affectam ea destitutione, quibus non incommoditatibus, molestijs, iniurijs, obnoxiam fieri? quam si etiam collide medio contingat, fratrum orbitatem incertae propinquo- rum beneuolentiae exponi, dubia educationis, fortunarum, morum, & quod inde proclive est, salutis cura. Quemnam enim tangat eorum misratio,



quos ipse sanguine atque officio proximus deseruerit? Denique non posse se, nisi bona matris venia, (quam scilicet exoratum haud iri rebatur) suffragari, nedum autorem esse consilij, aut illi opitulari. Ioannes verò, cui experiri prius omnia, quam ab incepto discedere, certum erat, matrem orando, hortando, Deum ac Superos obtestando tentare, neque sollicitatione desistere, donec eam demum inflexit, & ad ipsum Valconcellum litteras expressit hac sententia: oblectari se Deo nolle; is filium si vocet, vnicum hoc suae solitudinis, & senectutis solatium, atque spem, vtrò ac libenter

cedere; suam illi se ac libero-
rum inopiam, fortunamque
omnem, mali cuiusvis securam,
committere. His litteris instru-
ctus Vlyssiponem Ioannes ad
Vasconcellum reuolat, atque
vt promissam sibi operam im-
petrandae Societati praestet, ac
tuam nunc fidem liberet, effla-
gitat. Cupere se in ordinem
adscribi Coadiutorum familia-
tium; vt anteaetae vitae licen-
tiam pensare humilitate seruitij
possit; & operosius salutis suae,
tutiusque studere. Sed Va-
sconcellus aspernatum ea con-
silia hortatus, imò vt initietur
sacris Ordinibus ante capeffen-
dam Societatem suadet: cura-
turum se Roma, quàm citissi-

24 Vita P. Io. Cardini
mè litteras, quibus a Summo
Pontifice per legis indulgen-
tiam annua singulorum Ordini-
um spatia contrahantur ad
trium interualla festorum!.

C A P V T I V.

Ingressus in Societatem.

DVm adfertur ex Vrbe
diploma, Conimbri-
cam Ioannes ad per-
sequenda sua studia regreditur;
& ne rudis atque inexpertus
sacrae militiae in certamen de-
scenderet, vitam ibi suam ex
tironum formare legibus insti-
tuit; certa habere precandi,
cer-

certa inspiciundae conscientiae tempora; iam in agrum exire, saepiusculè, ut venationis obtentu, vel aucupij, animum exercere meditando liberius, productiusq. sine arbitris posset. Corporis illi iam cura, multo etiam quam antè, moderatior, cultus neglectior, & quidquid ad nitorem, atque ornatum pertineret, omissum.

Simul ac Pontificiae litterae perlatae sunt, spretis luculentarum hereditatum, ad quas ultro arcessebatur, tabulis, repudiatis lautè dotatis coniugijs, spem Regiae beneficentiae; maiorum suorum nixam obsequijs, & Regis pollicitatione, aspernatus, Leiriensem

An-

26 Vira P.lo. Cardim

Antistitem Martinum Alphonsum Mexiam, coniunctum sibi sanguine, & vetere amicitia, qui Conimbricenses Insulas postea, & Regni totius administrationem obtinuit, festinus accedit, atque ut sacrae se potestatis autoramento consignet, orat: ille conditionem laetus accipit; neque initiandumtaxat officium, sed vna sacerdotiū Ecclesiae suae princeps, quod forte vacuum tunc erat, Decanatum illi, si velit, obstringit; aut, si ob Conimbricensem repulsam aegro animo sit, patere ad Salmanticense Contubernium, pariscū illo honestatis, si velit, aditum, suo vnus iure, omnium ingratiss.

rijs . Ioannes actis submisit
 gratijs , non sibi lucem digni-
 tatis amplius , ac splendorem ;
 sed obscuritatem in Societate
 I E S V , pertaeso rerum huma-
 narum , sequi consilium esse
 profitetur . Sic curis expedi-
 tus omnibus , neque vlllo ne-
 cessariorum salutato , nedum
 accito in cōscientiam praecla-
 ri facinoris , Conimbricae die
 tertia ac vigesima Iunij , per-
 uigilio Diui Ioannis Baptistae,
 anno seculi labentis vndeci-
 mo , sexto ac vigesimo aetatis
 suae , obstupefcente Acade-
 mia insolentia exempli , Socie-
 tati se adscripsit . Tenuit ali-
 quandiū omnium animos ad-
 miratio ; tum alij subiere mo-
 tus,

tus atque alij; quibus demum
ad aemulationis studium Ioan-
nis laudatione conuersis, com-
plures nuncium remifere fu-
fcepto dudum gloriae studio,
& fe in Religioforum familias
diuerfi abdidere.

Ioannes ad Tirones admis-
fus, principio metam fibi, in-
quam omnes vitae fuae ratio-
nes collinearret, designauit,
absolutiffimam in omni genere
virtutis accurationem. Men-
struae fibi commentationis co-
piam ex Sancti Patriarchae no-
ftri Ignatij legibus fieri ftudio-
se popofcit, quo fefe ad prima-
litandum hostia propius è di-
gnitate compararet. Eam ob-
tulit fefto Sancti Ignatij die,

tan-

tanta lacrymarum, pietatis, voluptatis internae affluentia, ut praesentes eodem sensu perfunderet. Perpetuus illi deinceps hic animi vigor adhaesit vitae reliquo, ut nunquam nisi mollissimis oculis animo flagrantissimo sacrificaret; tam sui, tam rerum humanarum incuriosus, & immemor, ut cuni ex ritu procumberet in genu, saepe fuerit ad se casulae vellitione reuocandus. Reliquum orandi, vexandi sui, ac bonarum artium omnium post in loco memorabo, nunc vnum carpam, atque alterum, in Ti-rociniopraeclare gestum; nam quae plerisque usu venire confusuerunt, viros repuerascere,

in

in humanarum, atque adeò in
suimet ipsorum repentinam.
quodammodo obliuionem ve-
nire, quaeque cum his alia,
coniuncta sunt, quamquam
in Ioanne fuere supra commu-
nem modum eximia, quia sunt
tamen alijs cum ipso commu-
nia, silentio praeteribo. Aie-
bat duo sibi consueuisse videri
factu ardua; somni modum
contrahere, & diù flexis humi
genibus niti. At utroque con-
festim, sui vincendi conatu,
tantopere valuit, ut noctes
propè peruigiles orando duce-
ret, vsque profusus in genua;
neque iam dormiendi modus;
sed insomniac, & commentandi
diuturnitati imperandus fue-
rit.

rie. Sollicitabatur imbecillitate animi Tironum quispiam, & iam defectioni proximus fastiscebatur: Sed vna eum allocutione Ioannes explicatis vitae Religiosae bonis ita firmavit; statuitque; ut frugi vir demum euaserit, & operarius omnino nouus. Viseum anno insequente missus, ut concionatur per quadragesimam Patris Emanueli Sequo auxiliarem operam praeberet, mulierem ibi continuatis aliquot diebus flagitia sua confitentem auscultauit, tam pertinace oculorum compressione, ut ea, quae, qualisue esset, prorsus nesciret. Cumque illi visus esset sustulisse aliquando obtutum.

tum, & se videri potuisse suspicaretur, Tandem ergo, inquit, aliquando tuo semel aspectu dignata sum. Ceterum ille se nunquam eam, vel vno coniectu oculi aspexisse crebro postmodum affirmabat; si quando vellet explicare attentissimam externorum hominum in actione omni nostra observandam diligentiam, siue admiratione virtutis, siue ut infesta sunt nostro nomini multorum ingenia libidine carpendi. Ceterum vis ei tantam suae virtutis existimationem concitavit, ut multos post annos eam nostris illac transeuntibus mirificè depraedicarent.

C A P V T V.

Ætas ipsius posterior.

INter has bonas artes, & contentionem virtutis, annum tirocinij primum vno iam mense Ioannes excefferat, & ætas ipsius ceteris aliquanto, sed virtus impendio magis, prouecta, temporis in eo tutum fieri posse compendium Moderatoribus suavit. Igitur ad ordi-
dienda Philosophiae studia, Bracharam inclinato Iulio destinatur. Erat illum quidem, litterarum iam diù pertaefum, ratum sacrorum Canonum peritiam iuuandis mortalibus fa-
C tis

tis fore ; ad haec , grauis erat in-
 expectata illa tirocinij contra-
 ctio , cui vix dum bene se prima
 signasse vitae melioris vestigia
 persuasum erat . Sed qui se-
 mel decreuerat viuere arbitra-
 tu non suo , & pretium in pa-
 rendo collocarat omnis operae
 suae , facile Moderatorum ca-
 pessiuit imperium , ac se Bra-
 charam cum socijs contulit .
 Porro Ioannes , cum iter in-
 gressus ex usu singula iumen-
 ta praeberentur , pedibus am-
 bulare maluit , veftationem
 cum socijs tum paſtus , ne sibi
 festinantibus inoram fieri cau-
 sarentur , quando praecurrentem
 sublimes ipsi consequerentur .
 Igitur incitato ipse gradu prae-
 cur-

currere, tanto celerius, quo
acrius illi iumenta calcaribus
adurgebant, ut illi necessitatem
infcendendi ex conditione im-
ponerent. Ceterum anteibat
illos longo interuallo, donec
opilionē in via nactus aliquem,
tantisper Christianae doctri-
nae elemētum illi aliquod con-
sistens explicabat, dum socij
propius aduenirent. Tum ite-
rum praecurrere, iterumque
consistere ad docendos pasto-
res, donec miserati fatiscentem
comites lentius sequi coepere,
producereque gradiendi tardi-
tate rudium instituendorum,
iuxta ac reficiendi sui, nonnul-
lam opportunitatem.

Bracharam postridie Calen-

36 Vita P. Io. Cardim

das Augusti peruentum est; vbi,
 si licet dicere id quod est, lu-
 dum ipse bonarum artium ape-
 ruit; dum litterarium frequen-
 tauit. Domi perpes & con-
 tenta oratio; in publico per-
 modesta totius corporis com-
 positio; vbique despiciendi sui
 studium incredibile; vexandi-
 que cupido profunda. Enarra-
 bo singula distinctius postea, &
 sua in capita dispartiam. Socio-
 rum alij moderationem suade-
 re; partim verò etiam conten-
 tionem carpebant: posse, si
 paululum temperet, Societati
 olim decori atque ex vsu esse;
 ita Beatum Aloysium Gonza-
 gam, dum se conficit, Socie-
 tatem fraudasse Praepositi Ge-

neralis optimi spe, certa-
 expectatione: quibus Ioannes,
 ea consilia videri opportuno-
 ra ijs, qui morum ac vitae in-
 nocentiam in Societatem ab
 ineunte aetate intulissent; sibi
 iam grandi natu, atque obno-
 xio vitijs apta non esse: ipsum
 etiam Aloysium extitisse Socie-
 tati vtiliorem impendio sancti-
 monia sua, quam magistratu
 summo fuisset: illius exemplo
 se Moderatorum suorum arbi-
 trio cuncta gerere; quibus au-
 toribus nulla imprudentiae
 nota formidolosa sit.

Euoluto Tirocinijs biennio,
 octauo Calendas Iulias anni
 post secularem decimi tertij,
 Bracharae primo Societati Sa-

cramento dixit; postquam pridè totis quinque horis perpetuæ precationi vacasset: & sponsonis votiux Carmen suo sanguine descriptum, è collo, cecū militiæ tesseram, scorteo in sacculo deinceps tulit.

CAPVT VI.

Quantus in Theologicis
virtutibus fuerit.

PRima Theologicarum virtutum fides est; quam Ioannes per infantiam salutaribus ab vndis haustam, a progenitoribus disciplina excultam, vsu firmatam, castissimè,

mè, atque integerrimè fouit;
 eius per sanguinem, per vulne-
 ra, per mortem asserendae cu-
 pientissimus: eius proferendae
 tam auidus, vt in limine pene
 ipso sacrationis vitae, iam In-
 dias animo versare; iam per
 Orientem gentes adire; Barba-
 ros sollicitare vel ad Christum,
 vel in suam necem, praegesti-
 ret: qua de re litteras iam tum
 ad Moderatores dedit, quibus
 expeditionis eius copiam vehe-
 menter flagitabat. Eam, dila-
 tam tum quidem illam, sed o-
 stentatam, vt solet, in poste-
 rum, sustentauit interea legis
 elementa Christianae docendo
 bis terue per hebdomadam,
 seruitia domi, atque ad forem

40 Vita P. Io. Cardim
posticam medicabula; queis sua
saepe saluti egestas erat. Do-
minicis diebus ac festis in pa-
gos, & vicos procul iuxtaque
fitos exire pedes; circumcur-
sare; rudem aetatem ac vulgum
conuocatos imbuere: & ine-
diam ea die corrogato panis ci-
barij frusto fatigabat potius,
quam sedabat. Haec illi prin-
ceps cura semper, & suopte in-
genio, & Societatis fuit.

Flagramus fortunarum &
gloriae profunda cupiditate
passim mortales; neque ea fa-
cile quisquam vilia habet, nisi
potiora per spem ante praee-
perit. Ioanni decorum abun-
dè domi erat; auita, patrisque
seruitia; indoles excelsa, & sum-

in orbem capax; corporis, & formae dignitas; opes opportuna; Sacrarum peritia legum; postremo virtus conspicua; per quae lautam sibi fortunam, & quantum honestè cuperet gloriae pararet. Sed ex quo coepit aeterna spectare; ostentui habuit, quae plerique mortales vesane trahunt, fluxa bonorum. Nullus illi de humanis rebus, nisi ex contemptu, sermo: nulla sciendi, quae publicè priuatimvè gerebantur a sempiternis seiuncta; cupiditas; ac ne patientia quidem audiendi. Iam tum ab ineunte Tirocinio tam disertè flagranterque de contemptione differebat omnium, quae obnoxia fortunae sunt,

sunt, vt inflammandi sui ambi-
rent eius & ceteri consuetudi-
nem.

Caritatis sunt partes duae;
sed ex altera existit altera: amor
in Deum, atque ex illo in ho-
mines. Affatim vtriusque Ioan-
ni fuit. Ita exarsit in Deum;
ita mortales deperiit, vt neutri
modum amori poneret. Non
ille suis studere commodis; non
quaestum facere, vel nundina-
ri. Vnam Dei gloriam ponebat
in lucto, ad quam omni ope
nitebatur; neque alia amandi
causa erat, quam quae summa
ex merito, hoc est, ex se ipso
est, ipse Deus. Eius amoris
impetum capere cum totum &
coercere nequireret, saepe in
alio-

aliorum vſu, & congreſſibus laxabat animum aetuoſus in voces, queis Deum ardentiffimis quodammodo feriebat. Ipſa prorſus inſomnia, vel cum Deo, vel de Deo eſſe, prima illa ſemper expergilcentis vox cum ſuſpirio, I E S V mi, indicio fuit. Eius obtemperabat imperijs omnibus tam anxie, tam integrè, ſeu quae per ſe ipſe, ſeu quae per interpretem tulit Eccleſiam (grande illud eſſet, an exile, iuxta habebat) vt mortem ſexcenties ante obire, quam latum ab ijs vnguem deliberato abire, certum, firmum, fixumque eſſet. Par illi ſtudio fuit, par contentio in prohibendis ab ceteris mortali-
lium

44 Vita P. Io. Cardim

lium flagitijs, malisque libidinibus. Fratres in primis suos natu patuos hortabatur identidem, vt cogitando saepe Numini, amandoque deuoti, aetatem a prauis artibus habenti protul, atque eius vnus gratiam bene praecclareque factis quaeritarent. Illorum vnum praecipuo beneuolentiae complexu fouit, ex quo cum cognouit agere consilia Societatis. Condiscipulis in exedra frequens ad virtutis atque honestatis studium autor, hortatorque erat; auocabat à vitijs, insolentiam castigabat. Et erant, qui sanctas eius iras, quas salutare sibi esse compererant, vt prouocarent, simulabant fo-

ris aliquos incesta miscere colloquia; quorum sciebant illum haud quaquam patientem fore, ut irreprehensa dimitteret. Conuisebant illum externi crebro, quo de ijs rebus cum illo conferrent, quas sibi ex usu esse experiundo cognorant. Quos ad virtutem faciliores deprehenderat, & opportuniore informationi; ijs explorandi, corrigendique sui documenta, & vitæ ex officio agenda, scripto dabat, ut ab stultitia, & falsis voluptatibus retineret. Erat inter Adiutores domesticos vnus, quem imperata priuatim seruitia haud satis integrè distinebant. Eum quo ab inertia vindicaret, ita conue-

46 Vita P. Io. Cardini

nerat, ut à proprii perfunctione muneris ad odacum precaturus veniret; id quoties praestitisset, tum se Numen illi ad aram postridie certa precatione conciliaturum. Quod si vel istam sacrae suffragationis illecebram, seu incuria, seu oblivione dimitteret, neglecti coarguebat officij; & instaurata precum pactione, otium atque desidiam ab eo propellebat.

Tanta illum, vel uniuscuiusque cura sollicitabat. Ad haec incustodijs vinctos; in nosocomijs aegros; ubiuis locorum calamitosos adire; opitulari; solari allocutione; illis iudicumblandiri clementiam; istos fouere blanditijs; praestare tergen-

gendis sordibus; lectulis componendis; pauimento verrendo; cibis parandis, inferendis, famularia obsequia; demum neque animis curandis deesse, neque corporibus; manu iuxta promptus atque consilio. Docebat ignaros officij; focordes hortando propellebat; facinorosis intentabat poenarum metum: & sequebatur crebro vis tanta paenitendi; vt apud illummet celeri confessione flagitia depròmerent. At poenae illis imperatae partem ipse, ne deficerent animis, in se deriuabat. Discè commendabilem viri vno ab inuento industriam. Pulcherrimus is bene institutis in vrbibus mos

in-

48 Vita P.Io.Cardim

incessit, vt, ne quem mors aegrum cito pessundet extremae opis, aut sacramentorum expertem, vel ipso profundo noctis sacerdotem accersant.

Bracharae frequens è Collegio is accitus est: quos omnes, vt quā posset Ioannes occuparet, simul ac pulsari fores acceperat, sese corripiebat è strato, & dissimulato studio, Ianiatori se, ceu fortuito, obijciēs, quid rerum intempestius ager, scitabatur. Audito vocari foras quempiam Confessoriorum, tum demum, vt Rectori, præsto se esse diceret, cumque insomnes eas horas duceret, aliorum quieti parci, atque indulgeri posse. Hæc

illi

illi coram studia, & id genus
 fuere. At absentes longius
 compositissimis ex intimo spiri-
 talis asceseos litteris ad exactā
 verae probitatis persecutionem
 incitabat. Certe palam legi
 eae consueuerant epistolae,
 quas Vianam ad Sorores suas
 votas Deo Virgines priuatim
 dabat, vt earum vi, atque aestu
 ceterarum quoque studia Vir-
 ginum, atque animus inarde-
 sceret. Nec dissimulauit idem
 offitij promiscuè in omnes cō-
 ferre, quanta euis essent digni-
 tatis homines, quanta euis au-
 ctoritatis.

CAPVT VII.

In Deum ac Caelites
quam religiosus.

Religio, quae superio-
ris naturae, ac diui-
narum rerum curam
ceremoniamque affert, in sum-
mo virtutum, secundum Theo-
logicas, sita est. Mirificè per
omnes partes in ea Ioannes
excelluit. Deum inde vsque
ab adolescentia piè assuetus,
casteque venerari, cultum eum
cum aetate porro, & instituti
modo intendit. Sacro prae-
sens erat quotidie, & mali mo-
ris, qui vel ecclesiasticos inua-
sit

è Societate Iesu. § 1

sic nunc, altero tantum nitendi genu, securus, semper vtrumque humilis inflexit. Postquam initiatus est, nulla die sacris operari, qua posset, destitit; productius ceteris, tantoque operosius, quo affluentius exundantes lacrymae ob-
ruebant; & succensa pectori diuini ardoris vis, qua seque, & adstantes accendebat, quamuis cunctationem videri breuem faciebat. Ministerium sacri eius Tirones studio pro se quisque occupabat; externi proditurum, Mystis alijs omis-
sis, opperiebantur; omnes inflammandi sui cupidine ab eius conspectu. Ipse quam esset integer, ac propemodum an-

52 Vita P. Io. Cardim

xius sacrarum ceremoniarum,
 quae Rubricis continentur,
 obseruator, inde intelligas,
 quod nollet ante postremi E-
 uangelij finem, candelarum
 alteram, vt ferè solet, extingui.
 Quoties ex praescripto genu
 flectebat, non modo terram
 contingere, sed eam velle su-
 bingredi reuerentissima demis-
 sione videbatur. Vt praesen-
 tior animo in excelsum, quod
 operabatur, mysterium inten-
 deret, praenijis se meditationi-
 bus exercebat; ad haec lumbos
 cilicio semper habebat praecin-
 ctos, cum ad aram adiret. Sub-
 inde referendis Deo gratijs,
 quod opportunum illud esse
 tempus, & exorando Numini
 mol.

mollissimum diceret, prolixè indulgebat. Diuinam Eucharistiam supplex adorabat interdum frequentius; & cum a ludo scholastico in collegium reue-
niebat, in odæo pronus in ge-
nua tamdiù, dum dato signo
vocaretur alio, perstabat. Da-
bat eius contemplationi semi-
horam peculiarem quotidie;
sed pensum hoc diebus Domi-
nicis, & à schola, de more, li-
beris, & quinta quaque feria
duplicabat. Insignem capie-
bat in dispertienda communi-
caturis sacra hostia voluptatem.
Iam sacerdotalis officij pen-
sum, quæ pars altera publicæ
precationis potissima est, attene-
te iuxta, tractimque, & oppidò

34 Vita P.Io.Cardim

quàm reuerenter accurabat ,
idque si poterat, coram vene-
rabili Eucharistia de genibus,
aut certe stans, sed propemo-
dum cernuus corpore inflexo;
nunquam, ne in via quidem,
sedens, inambulansue; & ad
illud egregijs animum commē-
tationibus, quas compendij stu-
dio omitto, imbuebat.

Propensum in Deiparac coe-
li Reginae obsequia animum
suum palam modis multis, &
cultu multiplici fecit. Frequēs
obire delubra eius nomine,
aut signis illustria; diù multum-
que cum illa, & perfamiliariter
versari, ab alienato ab rebus
humanis animo, & velut earum
oblito. Eius à puero consue-
ue-

è Societate Iesu. 55

uerat Officium quotidie, & ho-
rae vnus impendio Coronam
recitare; septimo hebdomadae
cuiusque die eius excellentiam,
praestantiamque coram ipsius
immagine semihoraria commen-
tatione tractare; interesse prae-
conijs Litaneutico carmine
decantandis, atque ad eius-
dem laudationis celebritatem
alios pertrahere. Postremo &
sibi eo die, in ediam imperabat,
& eandem sororibus, eiusdem
Virginis honori, persuadebat:
& quos non poterat absentes
exemplo, eos datis identidem
litteris ad suae Dominae, vel,
vt suauius appellabat, Virgi-
nis Matris cultum ac seruitium
incitabat; eius amorem, imi-

56 Vita P. Io. Cardim

tationemque, quibus poterat,
 omnibus, dicundo, faciundo-
 que inculcabat; neq; vnquam
 omisit eam in sacello domesti-
 co consalutare, quoties ibat,
 redibatque à Gymnasio. Eius
 peruigilijs, & quoties postri-
 die Tironibus nostris sacra Sy-
 naxis aditur, inflammatis eos
 colloquijs accendebat, atque
 in amorem Magnae Matris,
 quanquam incitatos, acrius
 perpelebatur. Denique nihil ip-
 se, quod eius à se nomine pe-
 teretur, cuiquam negare. Cae-
 litum aliorum historias, & cre-
 bro voluebat, & quae prae-
 clarè ab illis facta memorabā-
 tur, pulchra aemulatione ni-
 tebatur exprimere, vt vna fi-
 mul

mul opera, & se optimis eorum artibus informaret, & illos aliqua honoris accessione percoleret. Constat eum centena quotidie genuum inflexione Sancto Bartholomaeo Apostolo gratum facere venerando, imitandoque studuisse.

C A P V T V I I I .

Votorum Religiosorum observatio .

N Vncupatio Votorum;
Religionis perfunctio,
& illorum persolutio,
huius exercitatio est. Primum
de Paupertate perstringam;
tum

58 Vita P. Io. Cardin
tum de ceteris ordine. Ioanni
studium indigentiae multo ma-
ximum in victu, in cultu, at-
que omni in usu vitae semper
fuit. Hinc de quibus passim,
quia pretij nullius sint, ab alijs
iactura fit, ea ipse sollicitè ex-
cipere, & apprimè sibi esse
opportuna conniti. Apparatus
cubiculi, atque instrumentum
omne, scabello constitit, &
mensula, cruce, & imagine;
nam humus illi ferè prostrato
fuit; nihil quod alijs elargire-
tur; nihil eorum, quibus pie-
tas plerumque obtentui est.
Vestis attrita semper & obso-
leta, quaeque ex usu alijs ne-
quiret esse; nihil admisit um-
quam novi ad corporis cultū;

nihil nitidioris , quamuis religioſae , elegantiae ; niſi quod mundities, cuius illi praecipua, vt decebat, cura erat, noua videri omnia faciebat . Fratrū quempiam breuiore , quam ſe, vt pallio, vilioreque conſpicatus , vt illud ſibi permutatione vendicaret , Moderatoribus perſuaſit opportunam ſibi eius eſſe leuitatem, qui domo frequentius euocaretur . Carnes vix libabat in menſa ; concidebat eas tamen ; tum , vt veſci videretur ; tum eo maximè , vt tamquam ſemeſas mendicabulorum alimento eas praerogaret. Panem cibarium, famulis & ſeruitijs è milio conſectum, ex illorum menſa, praeman-

mansum, frustratimque collectum, sibi conferebat ad esum in communem coenationem.

Malorum aureorum succo expresso in panem, & peramaris eorum corticibus saepe sedabat potius, quam tollebat esuritionem. Saepe turbis inopum ad posticas fores sportulam opperientium se permiscebat, & suo inter illos dimenso lactus, ita conuiuabatur, ut & partem in eos sui canonis ipse dispertiret, neque domi praeterea quidquam ea die degustaret; benè atque opiparè satur opulentia paupertatis. Nimirum in omni usu, tum sibi demum abundè locuples, cum quammaximè multis eguisset.

Le-

Lectiōnes excipiebat tam rudi
papyro ac scabra, vt quo ca-
lamum, atque atramentum ad-
mitteret, identidem esset vn-
gue polienda.

C A P I T U L U M I X.

Humilitas, & sui de-
spicientia.

MOdestia, & animi sub-
missio pedissequa
paupertatis est; vbi
opes in excelso sunt, haberi dif-
ficilis. Ioanni sui, atque om-
nis claritudinis contemptione
nihil promptius fuit; nihil ma-
gis ex voto. Hinc primum illi
sem-

semper studium & princeps contentio fuit, quo maximè modo se abijceret, & os animumque continuis despicationibus offerret. Vilissimo culinae servitio mirificè tenebatur; atque capropter eius frequentem sibi copiam flagitabat; & sibi tum quo liberalius indulgeret, colluviarium, qua conuersa retrimenta eruantur, ceu iure proprio vendicabat purgandū. Visus aliquando praeter solitum hilarior inter ea ministeria versari, causam gaudij sciscitanti respondit, Quippini exultem, ac laetus incedam, qui me cinctu hoc ferrugineo in Bracharensi Sācti Pauli Collegio impendio conspicio orna-

na-

natotem, quam si olim in
 Comimbricensi S. Pauli contu-
 bernio gymnasticam obtinuis-
 sem institam, cuius me insana
 tum cupido exercebat? Adeo
 suis sibi in sordibus honestior,
 quam futurus fuisset in trabea,
 videbatur. Patribus obuijs de-
 cedebat de via, seque tantis-
 per, dum praeterirent, parie-
 ti admouebat. Ipsos etiam
 Coadiutores aperiendo capi-
 te, atque honoris reliqua signi-
 ficatione occupabat. Quotidie
 meditationis capita cum fra-
 tribus, dissimulata sua precan-
 di gnaritate, in extremo conclau-
 ui stans, nudo capite, submis-
 sis oculis, auscultabat. Quas
 ad alios scribebat epistolas, e-

xaminandas prius, castigandasque vni Coadiutorum exhibebat, impensè, ne quid dissimularet, neu conniueret, rogato, quam eas deferret ad Rectorem. Anagnostae munus religiosis in triclinijs adolefcētum ferè, immunibus plerumque Sacerdotibus, est. Sed Ioannes eo suos inter condiscipulos ordine fungi adeo cūctatus, aspernatusue non est, vt quia praesto ad obsequium semper erat, crebrius in illum vel rediret ordo, vel reuolueretur; & ne quam faceret missam sui deprimendi opportunitatem, libenter pronuntiationis extensiones, contractionesue ignorabat, vt repetere, ius-

iussus, erubescere cogeretur. Quid, quod publico in Lyceo Bracharae, cum à Patre Emanuele Gouea suo Philosophiae Magistro nonnunquam de quaestione quapiam rogaretur, tametsi polleret ingenio ac doctrina, ut esset alijs ludibrio atque ostentui; haud satis eam se tenere quaestionem publice respondebat? Operam suam tenuibus atque obscuris mortalium alacrius, libentiusque, quam clavis commodabat; & eo sibi gratiorem esse ceteris Regni Urbibus Bracharam aiebat, quod ibi frequentior esset, quam uspiam alibi, cui se impenderet, plebis afflictæ multitudo. Statuerat cum ani-

mo suo, si exactae Philosophiae
superstes foret, neque, quod
vehementer expetebat, aman-
daretur in Indias, pueritiam
prima latinitate imbuendam
deposcere, quo nimirum pa-
lam constaret; quam merito
Conimbricae fuisset nuper lit-
terario exclusus contubernio,
qui vix idoneus ab Socie-
tate, sagacissima doctri-
nae atque ingeniorum
exploratrice, qui bal-
butientem infan-
tiam ad primas
informaret
voces,
censere-
tur.

C A P V T X.

Castimonia , & sui
custodia.

Castimoniae nulla prae-
dicatio maior est, quā
quae breuissimè ab-
soluitur. Aut libata videri po-
test, aut saltem tentata, si de-
cor eius atque integritas ver-
borum amplitudine describa-
tur. De Ioanne solummodò
memorabo, quibus artibus in-
uiolatum pudicitiae nitorem
seruarit, ac labis expertem.
Primum, aetatem ab inertia,
atque ab ignavia procul ha-
buit; moliri semper aliquid;

68 Vita P. Io. Cardini

aut opere , aut precatione
 diem ducere ; nullum otio aut
 desidia locum dabat . Ad
 haec , eorum hominum con-
 suetudine abstinebat , quibus
 aut pronum ad licentiam in-
 genium ; aut lubrica loquen-
 di facilitas esset . Deinde , in-
 tuendi coërcere licentiam , ne-
 que oculos aut circumferre ,
 aut humo attollere . Memo-
 rasse me supra commemini ,
 totos eum quinos dies audien-
 dae mulieri , sua facta per sa-
 cram exhomologesim accusan-
 ti , aurem praebuisse , neque
 postmodum cuius ea formae
 esset aut coloris potuisse indi-
 care . Nunc illud admiratione
 cumulabo . Viseo à Quadrage-
 sima

sima rediens, percontanti Patri quàm placuisset officiosum, hospitae, apud quam diuertebant, obsequium & liberalitas; Equidem, ait, indulgentissimam in nos extitisse, cuiusvis illam tandem, caritatem satis expertus superque sum; sed quis eius, qualisque autor fuerit planè non sum intuitus.

Fuit in matris eius gynaeceo matrona, quae amplius aequo in illum intenta, post annuam, qua ibi versatus ipse est, moram asseruit, nequiuisset vnquàm se Ioannis oculos, quales essent, agnoscere. Nimirum ubi semel obtutum humi defixerat, eos inde laudabili pertinacia nusquam dimouebat. Alexius

70 Vita P. Io. Cardim

Menefius religiosa vir pietate
 clarus, ex Augustiniano coetu
 ad Goanas Insulas vocatus, &
 Indiae aliquando ProPraetor,
 demum Archiepiscopus Bra-
 charenfis, primum scholas, be-
 neuolentiae studio, circum-
 eundo; deinde nobiscum in
 triclinio simul vescendo, tot
 inter religiosa, virtutisque spe-
 ctatae capita, vnum demira-
 tus est Ioannem; cuius inusita-
 ta modestia, & contumax ocu-
 lorum aduersus curiositatis il-
 lecebram depressio elicuit illi
 demum interrogationem, quis
 ille iuuenis esset exquisitissima
 tot inter alios continentiae?
 Sic domi, sic in gymnasio, sic
 in publico progrediens eo vs-
 que

que faciebat, vt quales haberet Vrbs aedes, penitus esset ignarus; & ne fortè in obuios inurbanitate peccaret, ad solam sæpe praetereuntium vmbra caput nudabat. In actione grauis; in verbis compositus; modestus incessu; in schola sedebat immotus, dum Magister, quae dictarat, euolueret; neque vlla algoris cura, manum alteram alteri impostam decussatim tenebat. Omnes in vnum intenti, miris laudibus constantissimam eius seueritatem efferebant. Et si quisquam eorum, vt mortaliū imbecillitas est, aliqua tangeretur occulta sollicitatione, ipsius intuitu facile ab om-

ni se molestia vindicabat. Postremum tuendae castimoniae praesidium exequar capite secuturo.

C A P V T X I.

Corporis durat tractatio.

OMne inclementiae genus ita in se Ioannes exercuit, ut modus ea propter illi fuerit à Moderatoribus imperandus; nec tamen sui confecti, vitaeque protractae opinionem euaserit. Scilicet ita cum animo reputabat suo, dicebatque suaden-
ti.

tibus moderationem, id consilij ijs opportunum videri, qui primam aetatem nullis adhuc aspersam vitijs in Societatem intulissent; at sibi nequaquam esse consentaneum, qui naturam iam grandis vitam corruptam flagitijs non posset lentè remissè agendo expiare; & demum etiam, quantulum illud tandem esset, quod ageret? Ita videlicet ille sua, quae demirabantur alij, leuia & pro nihilo ducebat; ideo quod asperrimo sui odio flagraret, atque infestiore in se animo, quam in hostem suum quisquam mortalium, efferuisceret. Quotidie se flagris dire concidebat; quae, vt torquerent acer-

cerbius , sororem suam Monachalem rogabat identidem , ut cum ea sibi , ciliciaque contexeret , magis ac magis asperaret . Iussus tamen postremis temporibus est dies verberatione vacuos interponere ; nec vestem cilicinam nisi ternis mane horis , & aliquot insuper post meridiem induere . Meritorijs in aedibus , ad quas diuertebat ex itinere , consueto seuerius in se agebat : tum ut corpori compensaret illud qualisqualis distractionis , quod capiebat , gaudium ; tum ut ea virtutis existimatione Societatem apud ignotos eos homines augeret , nullo suo per iactantiam dispendio , nullo quaesitae inanis

nis gloriae metu; quippe quem nemo tam breui mora, nisi ut quemuis vnū de Societate, cognosceret. Ad somni necessitatem, cui praecisè seruiebat, post longas peruigilationes, ferè aut nuda in humo, aut in strato festosa veste lectulo, vix vnquam linteis, incumbibat. Assiduitate inediae vires attritae exhaustaeque aegrè retinebant in corpore animam. Praeferebat ille quidem sexto ac septimo hebdomadae diebus ieiunium; sed quotidiana cibi parsimonia longè aliorum solemnia ieiunia anteibat. Nitebatur escarum tractatione, secando, intingendo, fallere, oculos accumbentium, & vela.

lare abſtinentiam ſuam; verum ſua ſe ipſa magnitudine palam faciebat. Nunquam illos in Societate cibos deguſtauit, quorum olim gaudijs impenſius traheretur. Nunquam, ac ne feſto quidem die, potiora libavit edulia; pauxillo bubulae carnis, aut piſcis parabilis; veſperi ſicca ferè coenula ac perexigua contentus. Si quid delicatiorum piſcium fuiſſet illatum; eos ovis, quod non conſueuerat alias, permutabat. Fructus, quorum erat ex ſuo genio appetentior, non edebat; vel, ſi prorsus abſtinere non poſſet, primitias certè inguſtatas Deo dimittebat. Reiectanea panis praeduri fragmina

mina collecta promiscuè, ita
vescebatur, vt, ne quid sibi vel
tenuissimae voluptatis elabo-
rarent, seorsim a crusta medul-
lam ederet; panem verò mol-
lem ac tenerum prorsus asper-
naretur. Si erat sinapi mor-
daciùs, si quid aliud seuerioris
intinctus, tum verò tanquam
captaret delicias, panem iden-
tidem immergebat. Per ae-
statem leuiter pitissando bibe-
bat; per hyemem haustus du-
cebat plenos; vt hic aquae al-
gore percelleretur; ibi ne recre-
aretur. Denique eo in se lae-
uendo adactus est, vt attenua-
tum penuria edendi corpus nō
tantum haberet reliqui carniū;
quibus imperatae à medico cu-
cur-

curbitulae adhaerescerent; aut
 vena sanguinis, quod secta,
 redderet. Extabant ossa pas-
 sim, vt legi possent, & in hu-
 meris vestes vix integras atque
 imperfossas sustinerent. Cor-
 pus à morte plagis foedum,
 inuentum est, & tam altè im-
 presso cilicio, vt videri posset
 illud numquam exuisse. Con-
 stat eum setoso sagulo planè hi-
 spido per diu in tirocinio soli-
 tum amiciri.



CAPVT XII.

Obedientia , & Vo-

tionis aestimatio.

Obedientiam Ioannis a-
bundè laudauero, si
nec viuere illum vo-
luisse, nisi Moderatorum im-
perio, dixero; neque eorum
iniussu mori. In omni vitae
parte ab eorum voluntate, at-
que adeo nutu pependit; tan-
ta in eos, tam eximia reueren-
tia, vt cum illi videretur sibi ali-
quando in re quapiam non ni-
hil defuisse, repentè procide-
rit in genua, protensis suppli-
citer brachijs; humillima de-
pre-

precatione veniam, & poenam
suae importunitatis & irreue-
rentiae contentiosè flagitans.
Aiunt non esse visum vllam
sui Ordinis vel tenuissimam
violare legem; nullam Regu-
lam, aut ordinationem, vt vo-
cant, ne per incuriam quidem
vel incogitantiam, praeteri-
re; nulla in re vel leuissimè de-
linquere: non silentium solue-
re: non oculos attollere, aut
circumferre; adeoque per sae-
pe nullum ante noctem tota
die verbum esse prolocutum;
nullum prope mortalium intui-
tum. At contra ipse, quoties
cinctu cilicino latera substrin-
gebat, prius collo restem in-
dutus, curuatis poplitibus, ma-
ni.

nibus sublatis , reum se Deo violatae suae legis sistebat ; obtestabaturque vehementer ; ne sibi sua prava suscepta noxae esse sineret , eo supplicio , quali demumcunque illo vindicata .

Cum nescio quam eius adhuc nouitij actionem , ad periclitationem constantiae , Magister paulo acrius corā alijs vituperaret ac carperet , illico , quamuis errati nulla conscientia teneretur , cum lacrymis ac verecundia , socordiae suae veniam expoposcit . Cum in culina praestabat operam promiscuo seruitio , rogabat e nouitijs sibi designari quempiam , cui propriè obtemperaret ; qui exerceret in se imperium . De-

82 Vita P. Io. Cardim

nique tanto illi fuit in pretio
parendi conditio, quantum
potest supremo in actu postu-
lata mortis obeundae licentia
indicare; neque prius descivif-
se è vita, quam a Rectore eius
compos existeret. Sed enim-
vero haud aliter animatus in-
obedientiam esse poterat, pro-
priam illam tesseram autora-
menti nostri, quem immode-
rata atque infinita quaedam de
excellencia Societatis existima-
tio occupauisset. Numquam
eius adeptae commemoratio
ficca, & expers lacrymarum
fuit. Ita gestijt ea recens inita,
vt sacras omnes ac profanas di-
gnitates prae ea habere promi-
scuas, nihil pensi, nihil mode-
ra-

rati haberet : certus, si quo seu suo vitio, seu, vt obscurae saepe res humanae sunt, errabundo consilio, ea excuteretur, ad posticum corrogato visitare tamdiu cum mendicabulis, donec in eam postliminio reuerti posset. Aiebat eas sibi dumtaxat vocationis beneficio gratias videri pares esse posse, quae in sempiternae vitae spatia porrigerentur; idque in votorum forma ijs significatum verbis videri, quibus ingressurum se quisque Societatem promittit, vt vitam in ea perpetuo degat. Sic ille scilicet interpretabatur; sic per omnem occasionem verbo scriptoque praedicabat.

CAPVT XIII.

Studium Orationis.

HAec Ioanni caput ex-
stitit, & fons eorum
fere ornamentorum
omnium, quibus adeò cumula-
tè plerisque praestitit; haec
eorumdem altrix, atque prae-
sidium. Nimirum scatebra
perennis est Deus, vnde tan-
tò quisque haurit affluentius,
quo familiarius illi, prolixius-
que consueuerit. Longa du-
cebat diù, noctuque spatia
Ioannes orando, tam constan-
te praesentia mentis & cogi-
tationum suarum, vt cuiusuis
vel

vel breuissimae, vel inculparae
 distractionis religione ducere-
 tur: tam inflammata animi ae-
 stuatione, vt cum ardoris exu-
 berantia promicaret in vultum,
 si quos forte habuisset arbi-
 tros, spectatoresque, ij pas-
 sim admirabundi Seraphinum
 appellarent. Dies feriatos à
 studio litterarum, & quotidia-
 nas relaxationis horas penè ex
 integro indulgentissima com-
 mentatione transibat. Memi-
 nerat se olim horas tredecim
 vna cum amico quopiam col-
 locutione duxisse; & indignum
 ratus nunquam se in diuina
 consuetudine tantum tempo-
 ris deduxisse; totidem aliquan-
 do horas perpetue precatione

traduxit. Corporis inter precandum compositio modestissima; humi curuata genua; antèrius leuiter inflexum pectus, ac veluti pendens in pronum; caput reductum in humeros, molliterque contractum; manus vel in crucem longe exporrectae, vel coniunctim protensae, & à pectore semper diuulsae; si extra aliorum esset conspectum, plerumque faciem demittebat in solum; nec nemo iam illi frontem obduisse terrae contagio, & quodammodo callum obduxisse animaduertit. Alioqui quae semel constiterat positura, eam per diu retinebat immobilis, & tanquam expers sensus

ac sui, nec prætereuntium strepitu, nec modulantium canore musicorum diuersè trahebatur. Medicus intempesta nocte ad aegrum quempiam accitus, dum præteriens in ordaeum prospectat, Ioannem prorsus à se alienum inter orandum videt. Id quod vt saepe alias quoque contigerit, notabile fuit, post operam præfecto triclinij in suburbano cōdictam à meridie, nec temporari præstitam, dato remigrandi in Urbem signo, cum quaereretur, inuentum esse demum ad pedem arboris in recessu quodam, & sui & humanarum rerum prorsus omnium incuriosum, Deo per mentis com-

88. Vita. P. Io. Cardim
mentationem intendere. Lo-
cus meditatio delectus vel pri-
uatum cubiculum, vel frequen-
tius, & protractius erat com-
mune ad facram aedem me-
nianum; quo cum Bracharae
consueuisset vna fratrum Coa-
diutorum quispiam commen-
datae probitatis conuenire,
atque altrinsecus flecteret, gra-
tulabatur sibi certamen esse
Ioannes cum illiterato homi-
ne de Diuini amoris exaggera-
tione; quo consociaret humi-
litem caritati, pulcherrima
iucundissimaque contempera-
tione. Saepe ad aram templi
principem, vnde poterat im-
prudens in odaeo obseruari,
confluebant externi, vt admi-

rabundi spectarent orantem; quippe fama latius increbescente quotidie; diuinis eum inter contemplandum gaudijs imbui solitum; quorum erumperent simulacra quaedam in aspectum. Lacrymarum illi vim vbertatemque fuisse; vt earum quodammodo diluuiò sudaria, vestes; solum ipsum frequenter innataret; satis comper- tum est. Duos à terra palmos sublimem Pater Andreas Palmerius tum Rector Bracharen- sis, post in Oriente Visitator, conspexit. Tanto nonnunquam voluptatum internarum impetu rapiebatur, vt nisi modestia coërceret, subsultim per ambluacra domestica fuisset e-

90 Vita P. Io. Cardim
micaturus, dum suauitatis ma-
gnitudo refedisset. Verùm
vt obruere quam maximè nite-
batur ac premere iucunditates
illas, quibus delibutus animus
aestuabat; tum demum, mul-
to maximè semet illae per ocu-
los liquatae in lacrymas eijcie-
bant: id quod illi perfrequens
in sacro ac prope perpetuum
fuit. Haec atque id genus al-
lia complura diuinae in se mo-
nimenta benignitatis suas quo-
tidie referebat in tabulas, qua-
rum selectione incitaret iden-
tidem, atque ignauiam, si
quae forte obrepfisset aliquan-
do, vt fit, excuteret.

C A P V T X I V.

Cupiditatum moderatio,
& innocentiae cura.

Multa sparsim antea,
quae huc pertinent,
coniuncta cum ijs,
quae recenscebantur in loco,
memorata sunt. Ea huc reuo-
care, quia haud multum retu-
lerit, non est animus. Perse-
quar ea porrò, quae huius ge-
neris reliqua sunt. Atque il-
lud quidem principio, nullas
iniurias temporum, aut incle-
mentiam aëris potuisse exer-
citationum spiritualium usum.
Ioanni, perseverantiamque

92 Vita P. Io. Cardini

remittere, aut laxare. Vt Patribus alijs molestiam diutinae expectationis eximeret, postremum ipse sacrum prompte ac libenter faciebat. Appetentibus Christi Domini Natalibus, vt algoris ab Infante diuino tolerati memoriam sensu ipso repeteret, per dies aliquot tenuissimè amiciebatur. Nunquam obseruatum est eum ad arrectarium sedilis tergum, siue priuatim in conclauis, seu publicè in mensa, in ludo, in templo, corpus applicuisse; nunquam, nisi Moderatoris imperio cum illum conueniret, sellae honestiori, sed humili semper sediculae insedisse. Nunquam è domestica speculac-

cam.

camporum aspectu recreauit oculos . Nunquam ad solem , aut ad ignem , temperandis , quae in montana Ciuitate peracria sunt , frigoribus , aut fouendo nonnihil corpori accessit . Nunquam à se muscas per aestatem depellere ; nunquam mordaces vermiculos confecisse . Illae legenti ad mensam in villa insederant faciem aliquando tam densae , vt totam obtegerent , atque se adeo ori eius ingererent . At perrexit immotus legere , attonitis patientiae spectaculo socijs . Febricitanti comperit Minister scattere lectum pediculis . Iubet auferri confestim totam illam immundi pecoris poenalem
 sce.

scenam : Ioannes exasperanda per motum febris obtentu, re vera tolerantiae studio, deprecatus, Ministro consilij sui certo, quamquam dispendio suo moestus, morem gessit, pensato obedientia patientiae damno. Perraro, neque iniussu Maiorum, rusticationis hebdomadariae consuetudine, prodiit in Villam cum socijs; ac tum ea litterarum otia vertebat in assiduitatem orandi. Occupabat eorū pedes abluerenientium peregrè Sociorum, quorum alij fortasse fastidirent illuviem. Cibos ne saperent, quaesitissimo studio corrumpebat; piscibus illatis non oleum, non aliam condi-

tu-

turam affundere ; deripere fructibus cortices ; & eos, pulpa dimissa, quodammodo ligurare. Eo demum ingenioso sui vexandi processit studio, ut quibus maximè diebus olim consueto largius genium oblectarat, iisdem annuè recurrentibus seuerius eum in Societate fraudaret . Saepe mendiculorum gregi permistus ad portam Collegij scutella lignea instructus opperiebatur analectorum erogationem ; & sua inter illos portione accepta squallidissimum aliquem seuocatam ad cibi communionem inuitabat ; tum panem ab illo mucidum exigere, suum contra nitidiorum rependere, iuris sua

è patina sorbendi copiam fa-
 cere, atque os ibi subinde ad
 sorbitionem admouere, quæ
 ille prægustauerat; alternos
 deinde bolos è lance capere
 vterque, & si quod adipatum
 carnosumue os esset, id men-
 dicabulo depeculandum atque
 exlugendum praebebat; tum
 ab illo proiectum ipse collige-
 bat, regustabatque, & haud
 secus, ac si nescio quid inusi-
 tatae suauitatis ab ore mendi-
 ci traxisset, ita sibi delicias in
 ea retractatione faciebat. Tum
 ora mucida solerter absterge-
 re, saepe & vlcera lepra infe-
 ctis purgare. subinde vel do-
 cebat ipse pastos iam prius ino-
 pes elementa fidei, vel obeun-
 te

te id muneris alio è Socijs, ipse interrogari se quoque inter rudes illas animas patiebatur, & sciscitanti quidpiam Catechistae obsequentissimè respondebat. Ad insolentiam tanti, tamq. inuisi aliàs spectaculi cōcurrebant frequentissimi omnium ordinum mortales, quibus nouitate perculsis ciebat lacrymas admiratio. At ipse confestim illorum se subducebat aspectui, vel pertaesus inanem gloriolam, vel mortalium suffragationes perosus. Ceterum opinione sanctimoniae per id genus artes bonas accessione continua inualescente, quoties progrediebatur in publicum, qua transibat, incolae

proruebant ad fenestras & fores, eius vnus spectandi studio, conoscendique. Eadem erat contentio, concursatioque paganorum, quando vicos illorum doctrinae Christianae gratia circuibat.

Hanc laudem sanctimoniae quo studiosius aspernabatur, eo sibi sanctimoniam ipsam, operosius assererebat. Manè cum se primum corripiebat è strato, Deo se pronus humi deuouebat, poscebatque novos animos ad exactum sui famulatum. Vesperis subductis conscientiae rationibus, pronus iterum deprecabatur socordiam, atque desidiam seruitij praestiti, & seruum sese inutilem fatebatur.

batur; Angelorum patrocini-
 veniam exposcebat; daturum
 se postridie operam, ne rursus
 datae fidei deesset. His cogi-
 tationibus similia per noctem
 somnia prouocabat; & miscere
 pia cum Deo colloquia secun-
 dum quietem consueſcebat.
 In schola frequentes inter ſcri-
 bendum aspirationes ad Deum,
 certis definitas indicijs ne ex-
 ciderent, uſurpabat; cum titu-
 lus aliquis nouae quaestionis
 ſcribendus occurreret; cum
 plagula reuoluenda. Si quid
 erat aſſidenti cuiquam, ut ſit, o-
 biter indicandum, nunquam
 id ſine Dei commemoratione
 praeſtabat. Nimirum redun-
 dabat ſemper animus eorum.

700 Vita P. Io. Cardini
affluentia, quae vltro in ser-
monem prorumpabant. In
sacculo, quem ab illo gestari è
collo solitum dixi, praeter San-
cti Ignatii Patriarchae Nostri;
ac Iosephi Anchietae Iipsana,
& cruentis exarata characteri-
bus vota, contentum erat exa-
men, quod particulare vocita-
mus; eius argumentum fidei
ac diligentiae, quam in pur-
gando, ornandoque animo
consumebat. Adiecerat hoc
nouissimo vitae suae actu ta-
bellam, anni totius quarti, ac
quinti decimi supra sexies de-
cies centesimum vsque ad ex-
tremum, quo decessit, diem,
errata complexam; quorum il-
lud erat summum atque gra-
uis-

uissimum, commissam a se per
obliuionem vna die Sancti ali-
cuius in Diuino officio com-
memorationem, cuius ea die
concelebrasse memoriam o-
portuisset. Adeo in se explo-
rando, naeuisque omnibus ex-
cutiendis, atque expiandis per
exhomologesim erat sagax, &
accuratus; & vt admissa omnia
extemplo vindicaret, nunquam
sua se confessione damnabat,
quin de se pariter supplicium
admoto lateribus cilicio sume-
ret. Claudam cum eo quod
fortasse videri summum potest;
quadragenos saepe tironum,
de Ioannis erratis publicè in-
terrogatos à communi Magi-

102 Vita P. Io. Cardim

stro, nihil se lynceis illis suis oculis vnquam in eo, quod vitio dare possent, obseruasse testatos, nisi vnum quod pertineret ad laudem modestissimae submissionis, solitum videlicet incedere velut algentem, ac rigore contractum. Testatus est P. Sebastianus Borges omnium actionum Ioannis ante aditam Societatem conscius, omnis eum noxae lethalis semper expertem existisse.



C A P V T XV.

Opinio de sanctimo-
nia eius.

VItam his illustrem or-
namentis virtutum.
Ioānes ad extremam
vsque periodum accessione
continua deduxit ; facilem pe-
nitus , ac prorsus idoneam ad
poenitudinem scelerum dete-
stationemq. flagitiosissimo cni-
que mortalium persuadēdum ;
dum oculos dumtaxat in eam ,
animumque conuerteret . In-
de passim omnibus in honore
semper atque existimatione
sanctimoniae tanta fuit , quot-

quot cum illo versati sunt, con-
 ualescente quotidianis incre-
 mentis atque augescente; vt,
 quod antea memorauī, prodi-
 rent eius intuendi studio vene-
 rabundi, qua gradiebatur in
 publicum, homines; & Bra-
 charae caput, eius audito no-
 mine, complures aperirent, ho-
 noris atq; obseruationis ergo;
 pauperes ad osculum arripe-
 rent prodeunti pallium tam-
 confertim stipati, vt cum ag-
 men illorum peruadere nequi-
 ret, in angulum se aliquem-
 compiti vi inferret, vnde pia
 catechesi vel adhortatione in-
 formati, viam sibi abeundi
 aperiret. Verum enimvero,
 quando virtutis numeros ne-

mo sagacius explorauerit, aut aestimauerit exactius, quam qui & ipse virtutis cultor est, & eam tueri in alijs ex suo munere atque intendere tenetur, absolutissimum oportet esse, quod à suis, non solum Socijs, & contubernalibus, sed ab ipsis Moderatoribus habuit Ioannes suffragium. Nempe P. Baptista Fragosus, quem vulgata typis de Regimine Reipublicae Christianae commentatio clarum fecit, vir sapientia praestans & moribus religiosissimis, aiebat nunquam Ioannis se confessionem excipere, quin traheretur interno quodam impetu vehementer, vt ad ipsius genua se supplex obuerneret.

106 Vita P. Io. Cardim
rer. P. Andreas Palmerius,
cuius supra conditionem &
merita libando attigi, Ioannis
sanctimoniam auditoribus suis
pro concione, velut eximium
quid, & supra modum virtu-
tis promiscuum sanctorum ho-
minum exoptabat. P. Anto-
nius de Moraës, quem Bra-
charae Rectorem Ioannes &
arbitrum vitae, atque actio-
num habuit, illum sibi videri
Beato Aloysio Gonzagae mo-
ribus esse simillimum, confi-
denter scripsit; Fuit, qui dice-
ret, multorum, quos in Lusita-
nia, & Castella virtutis laude
claros nosset, neminem se vi-
tae innocentia, & caritate in-
Deum Ioanni vidisse parem.

A-

Alius in solo Ioannis intuitu
 satis aiebat fuisse aliquando
 praesidij ad lubricam, qua sol-
 licitabatur, molestiam abijcien-
 dam. Alij complures, expe-
 rimento constare, eius mode-
 stiam valuisse ad Religiosorum
 componendos animos, lapsus-
 que castigandos; & ad mutan-
 dos in melius hominum quam-
 vis flagitiosorum mores. Haec
 summorum doctrinae ac probi-
 tatis merito hominum, pauca
 de multis suffragia de viutente
 etiam tum, atque inter ipsos,
 inque eorum oculis degente
 praebita, nobis ad fidem illi sin-
 gularis conciliandam sanctita-
 tis videntur abunde esse. Non-
 nul-

108 Vita P. Io. Cardini

nulla quae iam è viuis sublatò
alij contulere postea referam.

101 sup. m. 101. 101. 101. 101. 101.

101. 101. 101. 101. 101. 101. 101. 101. 101. 101.

C A P V T X V I.

101. 101. 101. 101. 101. 101. 101. 101. 101. 101.

Morbus eius &

mors.

101. 101. 101. 101. 101. 101. 101. 101. 101. 101.

Dulcè abesse a vitae metâ
non poterat, qui tam
incitate ad praestitu-
tum virtutis fastigium fereba-
tur. Auspicatus erat non mul-
to pridem rerum corporata-
rum, Magistro explicante,
contemplationem; cum nescio
qua praeter solitum dulcedine
perfusus, excitari se profunda

lum

re-

rerum caelestium, ac Dei cor-
 ram intuendi cupiditate per-
 sensit, & in dies ea desideria
 conualescere magis magisque.
 Vtrum propinquæ mortis hinc
 coniecturam duxerit; an verò
 etiam clariorem diuinitus signi-
 ficationem acceperit; haud sa-
 tis exploratum est: habuisse
 nec obscurum, nec incertum;
 quale demum illud cunque
 præsagium, est in confessor.
 Paucos ante dies, quam supre-
 mus eum morbus incescit; ro-
 gatus a Magistro Nouitiorum
 ad S. Fructuosi, quod Franci-
 scani Ordinis Coenobium est
 in pomerio situm Bracharense,
 ut quando inter illos necessitu-
 do familiaris, & rerum coele-
 stium

stium communio esset , ali-
quando ad se , animi causa di-
uerteret ; respondit , postula-
turum se quidem à Moderato-
ribus suis ipsius conueniendi
facultatem ; verum hoc sibi cer-
tum haberet , ac prorsus per-
suasum , numquam post illa in-
uicem se visuros fore . Nec e-
uentus praedictione frustratus
est . Nam post paulo , cum se
pridie prolixa atque inhumana
diuerberatione , quae postre-
ma fuit , immaniter concidisset ; mane sacram hostiam solito
maturius obtulisset ; tentari
coeptus est languore neuti-
quam , vt praeseferebat , diffi-
cili , quem adeo Medici quoque
ipsi periculo vacuum credi-
de .

dere. Sed ipse, qui alias Medicorum desperata de se confilia sustentarat, valetudinis instauratione certo praesignificata; nunc omnem eorum elisit spem, mortis propediem imminuentis haud ambigua asseueratione. Paucis diebus maligna se febris ostendit, tanta in medicinam cōtumacia, vt temperari nulla ratione, nedum vinci, potuerit; praesertim cum vexationibus attenuatum & attritum corpus, aut impar esset medicamentis, aut vbi ea exciperet, minimè suppeditaret. Rector, vbi depositam animaduertit à Medico vitae Ioannis spem, eum sui continuo discriminis, sed subobscure,

rè, ne illum fortè improuisa
 occupatione terreret, commo-
 nefecit; id quod cum videre-
 tur accepisse minus iucundè;
 quippe cui vita taedio, contra
 mors diù erat in votis; a Medi-
 co disertè explicateque, quo-
 res loco essent, accepit. At-
 que ille tum sciscitanti, num-
 quid ipsum anxie aut aegrè, vt
 fit, haberet, conuersis ad coe-
 lum oculis; Hoc tantum-
 modo, ait, quia incolatus
 meus prolongatus est. Ve-
 rum iam funes tandem
 mihi ceciderunt in prae-
 claris; etenim hereditas
 mea praeclara est mihi.

Di-

Dicenti cuiquam faciles ipsi fore cum Deo rationes, respondit, Ah, duram sententiam, reddere Deo rationem!

Verumtamen misericors est, & cruciatuum mea causa susceptorum recordabitur. Subinde postulatis, acceptisque insigni pietate, Sacramentis, lacrymantibus, qui aderant, Socijs Rectorem obsecrauit, obtestatusque est, suum ut cadauer à morte vellet, ac iuberet in fimetum abijci: & cum ex nutu Rectoris, eius se postulationis competentem fore credidisset; porro petijt, ut sibi nudo liceret, atque humi, Domini sui exemplo,

114 Vita P. Io. Cardim
mori; confessorij sui P. Bapti-
stae Fragosi patrocínio, quod
nunquam viuens respexerat,
hac vna in causa conscito. Ce-
terum nihil fuit illo promptius,
dum tenuit aegritudo, ad om-
nes Medicorum, Infirmario-
rum, Moderatorum nutus,
quicquid pharmacorum, ciba-
riorum, vel in ipso vitae mor-
tisque diuortio imperatum ef-
set. Demum institutis, dum
superfuit, cum Deo, Deipara,
Caelitibus, tenerrimis collo-
quijs, usurpatisque è Diuina
Scriptura compluribus ad a-
cuendam aeternitatis in se cu-
piditatem sententijs, admoto
sibi ad osculum Christi Serua-
toris cruci affixi signo, suauiter
ex.

expirauit, Bracharae, duodeuicesimo Februarij die, huius seculi anno quintodecimo, vitae suae tricesimo, ab inita societate supra tertium octauo mense. Mirum autem, & prodigio par praesentibus visum est; quod supremum diuina vulnera suauianti, ipsum Christi Domini signum refixis manibus ac pedibus, ita se illi vltro iniecit, vt famulum amplecti suum, eiusque colligere velle inter postremos anhelitus animam videretur. Admirabilitatem intendit, quod immotis in ipsa cruce clauiculis, vix aegre quierit ijs rursus inseri sacrum simulacrum.

CAPVT XVII.

Quae mortem
excepere.

Diuulgata per Urbem
Ioannis morte, opti-
mi Ciuum Reſtori,
condoluiſſe bonos omnes de
publica iactura, teſtati ſunt; qui-
bus erat perſuaſum in illo, ceu
viro meritis & ſanctimonia cla-
ro, publicae rei ſtare praefi-
dium. Inopes ſua priuatim
cauſa, quod patre ſibi ac patro-
no viderentur orbat, lacrymas
vbertim eius funeri dedere.
Corpus elatum pompa, ſpecta-
culo fuit, auguſtiore, quam vi-
uen-

uenti, & venustiore forma
conspicuum. Vnda promi-
scuae plebis ad pedum eius o-
sculationem, vestium direptio-
nem, ceteramque veneratio-
nem se comprimens, aegrè po-
ruit contineri. Domi etiam
supellex eius, tametsi perte-
nuis, direpta; è dictatorum
volumine, quae plagulae ma-
nu eius erant conscriptae, prae-
dae fuere; cuius in partem ex-
terni contentiosa postulatione
admitti flagitarunt. Missus con-
festim Vianam ad Matrem, qui
filij mortem significaret, nun-
cius, eam comperit ab ipso
Ioanne, qui conspicua in luce
illi secundum obitum adfuerat,
factam esse certiore, iussam.

que missas facere lacrymationes, & suae potius gloriae gratulari. Aiunt ipsius tumulo lucces imminere cōspectas, sanctimoniae, vt credebatur, suffragatores, & testes. Rector Sociorum conuentu, quotquot domi aderant, instituto, iussit singulos in medium, quae notarint a Ioanne bene atque praeclarè facta, palam proferre; prouocandis scilicet animis cunctorum ad aemulationem virtutis. Ibi tum multo maxima pro se quisque, ac longè pulcherrima diuersi facinora studio commemorauere, quae in breuem deinde narrationem composita sunt. Seniorum, adeoque & consultissimorum

Patrum vna vox atque eadem omnium fuit, in nemine iam diù Nostrum, eo locorum, fuisse compertam adeo certam, atque excellam sanctimoniae mensuram; gigantem ipsum, ceteros prae illo pumiliones videri. Baptista Fragosus, quem supra laudavi, eum Aloysio Gõzagae, & Stanislaò Kostkae ex sua existimatione coniungebat; in vota coniunctos inuocabat. Idem omnium prope studium ex animi sententia cuique fuit, eius suffragia haud impendio remissius, quam aliorum Caelitum Ecclesiae fastis inscriptorum, exposcere.

Septimo post anno quam in sepulchrum illatus fuerat, re-

recta ad inhumandum P. Laurentij Payuae cadauer, eadem crypta, caput eius, & collum etiamnum carne inducta, sanguine imbuta, capillo obtecta, inusitata quadam suauitate fragrantia, quae ossibus quoque ipsis, quanquam diuulsis, adhaerebat, ad hoc pristina sanctimoniae eius recordatio; ingentem populi vim concieuit illico, & admiratione compleuit. Verum enim, quia turbae concursantis increbrescebat frequentia, imminebatque religiosae ossium, & quaeque reliqua ipsius erant, distractioni, continuo, collectis reliquijs quantum fieri quieuit, conditorium occlusum est.

C A P V T XVIII.

Consecuta celebritas.

C Eterum latè peruulgatum fuit multis eum patratis miraculis clarum fuisse, opitulatumque supra naturae vim morbis compluribus, vel affectorum sola imploratione, vel chirographi, lipsaniue alterius admotu. Perstringam pauca, quia consilium non est ea percensere prolixius, quae admirationi, quam aemulationi opportuniora sunt. P. Andreas Palmerius Collegij Rector eo tempore, quo Ioannes rebus humanis subductus est, Ma-

122 Vita P. Io. Cardini

Matri Chirographum, quo sua vota sanguineis notis ille descripserat, misit, solatio & levamento luctus. Illa sacris Virginibus Vianae, quas inter habebat filias, pignus concessit, amoris monimentum. Ferunt eo adhibito Monialem subito conualuisse, quam Medici conelamarant: aliam à vehementia colici doloris momento liberatam: alteri admoto ossis frusto bis intrinsecas suppurationes evanuisse. Angraë in Insula Tertia Antonium Pereiram Canonicum eius Ecclesiae & Scholasticum grauis affectio saepe reciprocans fatigabat. Ea cum aliquando inualefcente deficeret, iam impos

è Societate Iesu. 123

pos sui, per epistolam Ioannis manu exarata, quam sua illi soror spe plena applicuit, repente discusso morbo recreatus est; & anno toto eiusdem epistolae gestatione firmus ac valens exstitit; donec ea perdita, rursus corripere quidem, sed mitius, antiquo malo coeptus est. Plura latè alibi, idem genus, euenere, quae ultro, breuitatis studio, quia instituti mei non sunt, missa facio; Ceterum ea coniuncta cum inueterata virtutum eius, & clara fama, fecerunt, ut Ioannis effigies excusa cuperetur auidè, circumferretur à Nostreis, externisque, per orbem terrarum;

124 Vita P. Io. Cardim

rum; Breuiarijs sacris ad praecum discrimina, & obseruationis religiosae contestationem inferretur. Ad hoc ut Antistitum autoritate, citatis testibus Sacramento adigendis tabulae conficerentur, olim habiturae pondus, si res ferat, ad publicam lucem. Id Vlyssipone, Bracharae, Eborae, Conimbricae, Porti, Portalegrae factitatum, potissimam huic historiae materiam dedit.

C A P V T X I X.

Duorum luculentæ
testimonia.

OMittere non debeo in
narrationis huiusce
clausula geminum te-
stimonium, externum alterum,
domesticum alterum, sane vel
iuratis plerisque; grauius vtrum-
que, & religiosius. Prius ipsis
auctoris verbis, e Lusitanico
ipsius chirographo promptis
latinè adnumero; sic ait.

D. Sebastianus de Matos de
Noronha Dei & Apostolicae
Sedis gratia Archiepiscopus &
Dominus Bracharae, Primas
Hi-

Hispaniarum, certum facimus
nouisse Nos annis ab hinc qua-
draginta, Religiosum P. Ioan-
nem Cardim è Societate Iesu,
quem scimus esse filium Iudi-
cis Domus Supplicationum
Georgij Cardim Froës, & Do-
minae Catharinae de Andra-
da, hominum compertae in hoc
Regno nobilitatis : quem Pa-
trem peculiariter nouimus in
Vniuersitate Conimbricensi,
cum ibi contiguïs aedibus ha-
bitaremus, toto propemodum
quinquennio, & frequenter
conueniremus : quo tempore
habitus à Nobis est virtutis e-
xemplis, vita, moribus conspi-
cuus ; idem de illo generatim
sentiente vniuersa Ciuitate &

Aca-

Academia. Praeferebat insignem modestiam, intererat quotidie Missae sacrificio, & quoties eae habebantur, Concionibus. Erat actionum eius modesta compositio omnibus ea in Vniuersitate exemplo, neque cum alijs versabatur, quam qui ipsius bene facta imitabantur. Spectabamus eum crebro Sacramenta Confessionis & Communionis frequentantem magna totius corporis compositione. Obseruabamus illum prima se nocte domum recipere, & fores occludere donec mane lucefceret. Sic procedens, tam bono nomine, & excitata celebri doctrinae suae in ea Vniuersitate,

opi-

opinionem, censentibus omnibus eum breui tum ob illam, tum ob perspectas virtutes, & generis nobilitatem, adepturum suprema munera, quae conferri eo in Regno his artibus consueuerunt; Ecce vidimus & cognouimus praedictum Patrem, humanarum rerum inanitate & futilitate penitus perspecta, sanctè ac generosè deliberasse nuncium illis remittere, & se totum Deo tradere, vti re ipsa praestitit, ingressus in Religionem Societatis Iesu. Fuit in Collegio Conimbricensi nouitius, vbi Religiosis omnibus publicè satisfecit. Inde Bracharā missus fuit, ibique vota nuncupauit, & toto,

to , quo ibi ante gloriosam
 suam mortem degit, tempore,
 vt publica fama, tum ipso vi-
 uente, tum postea diuulgatum
 est, excelluit heroicis virtutum
 actionibus, oratione, contem-
 platione, fide, spe, caritate,
 tum in Deum, tum in proxi-
 mos, humilitate ac sui contem-
 ptu, denique mortificatione;
 & in his virtutibus omnibus
 perseueravit vsque ad mortis
 horam; in qua palam fereba-
 tur, peculiaribus eum è caelo
 fauoribus fuisse dignatum; &
 quod miraculo se refixerit à
 cruce, in qua pendeat, imago
 Christi Domini Nostri, & super
 illum ipso exhalandi spiritus ar-
 ticulo ceciderit; quam ob rem

ij, qui aderant, gloriam eiusdem Domini celebrauerunt, cui famulos suos adeò honestare complacitum sit. Huius publicae famae cognitionem Bracharae, cum eam Inquisitionis auctoritate visitaremus, habuimus; quia non pridem ad vitam meliorem transierat; & ea fama huc usque in ea vrbe continuata est, quo tempore Archiepiscopi dignitatem obtinemus; magisque in dies ac magis toto Regno increbrescit; magno sanè argumento, placere Deo, vt huius serui sui sanctimonia palam fiat toti orbi terrarum. Ad haec scimus fama publica, & hominum magnae fidei asseueratione, opera-

ratum esse Deum complura miracula, ipsius gratia, & adeptae ab ipso gloriae testificandæ. Quae omnia nos inducunt, ut Sanctum illum esse censeamus, & omni ea forma venerationis prosequamur, qua bono iure nobis licet: cui nos conformantes, magna illi deuotione afficimur, eiusque imaginem, ceu Sancti, in pretio habemus. Datum in Turri Sancti Iuliani vigesimo Ianuarij M.D.C.XLIV.

D. Seb. Archiepisc. Primas.

Hoc est grauissimi Antistitis, & primæ toto Regno dignitatis sanè luculentum, de Ioannis sanctitate testimo-
 1 2 nium

132 Vita P. Io. Cardim
nium; cui, quod is in custodia
teneatur, Reipublicae, summo-
rumque temporum causa, neu-
tquam eius in re sacra conte-
standa, cui nihil cum Republi-
ca commune est, incommodat
autoritati.

Alterum hominis domestici
testimonium est, sed omni ex
parte clari, & permagni; cuius
doctrinam ac sapientiam expli-
cata publicè Theologia; probi-
tatem suffragatio communis
Sociorum; prudentiam atque
vsum gesti Magistratus, abundè
comprobauerunt. Is est, cuius
non semel antea memini, An-
dreas Palmerius, in Lusitania
Rector, in Asia Visitator Orien-
tis: Ipse, qui Socijs in con-
cio.

cionem coactis iusserat olim
suffragijs omnium Ioānis com-
probari sanetimoniam, & in hi-
storiae modum digeri, quae
singuli condixissent; eam ipse
narrationem suo conclusit chi-
rographo, ea professus decora
& praeclaras, quae illa conti-
nebantur, actiones longe infra
eas esse, quas ipse magno stu-
dio contexerat, & mortalium
subduxerat oculis, & umbram
eorum videri dumtaxat, quae
animo ipsius Deus impresserat.
Eorum partem aliquam sibi a-
peruisse, aut capiendi priuatim
consilij; aut conscientiae, ceu
Rectori tum suo, patefacien-
dae, ut solet, causa: & in ora-
tionis quidem studio, & con-

134 Vita P. Io. Cardim

iunctionis cum Deo, mortificationis, despicientiae sui, humilitatis, & poenitentiae, eos etiam Sanctorum exaequasse, quorum per vniuersam Ecclesiam ab his ipsis virtutibus prima ac praecipua laus est; in religiosae disciplinae exactiōe adeo accuratum extitisse, ut nullam regularum quanquam perleuium vel incogitante fuerit aliquando transgressus: eam esse, & suam, & omnium vnam Bracharensis Collegij Patrum, constantemque sententiam.

C A P V T X X .

Consecutura deinceps .

Flvgorem ex hoc fumo,
adeoque & flammam
datum iri, quae olim è
Reipublicae Christianae digni-
tate luceat è candelabro atque
ardeat, inagno pignore spēs
nixa pollicetur. Sed quoniam
post futura votis praecipere,
quam cognitione, facilius est;
allatis iam in Urbem tabulis
praestolabimur Acta publica,
huic porro capiti explendo
suffectura materiam.

F I N I S .

PROTESTATIO

AUCTORIS.



Lector aduerte.



NONN VLLA
me hoc in libro
attingere, quae
P. Ioanni Car-
dim videri pos-
sint miraculorum
aut Prophetiae gratiam aut san-
ctitatis titulum adscribere. Ve-
rum ea omnia ita propono ut no-

214 lim

lim ab ullo accipi tanquam ab
Apostolica Sede examinata at-
que approbata, sed tanquam
quae ab autorum suorum fide
pondus obtineant, atque adeo
haud aliter quam humanam hi-
storiam. Proinde Apostolicum
decretum iuxta eiusdem decla-
rationem; integrè atque inuiola-
tè a me seruari omnes intelligant;
nec velle me vel cultum aut ve-
nerationem aliquam illi arroga-
re, vel famam aut opinionem
sanctitatis illi inducere vel au-
gere, neque ullum gradum fa-
cere ad futuram illius aliquan-
do Beatificationem aut Canoni-
zationem, sed omnia in eo sta-
tu a me relinqui, quem seclusa
hac mea narrationem obtinerent,
non

*non obstante quocumque longis-
simi temporis cursu. Haec tam
sancte profiteor, quam decet eum
qui Sedis Apostolicae obedientis-
simus haberi filius cupit, & ab
ea in omni sua scriptione & actio-
ne dirigi.*

Philippus Alegambe,



